UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

13. Executor testamentarius quatuor casibus tenetur satisdare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

Et huic opi. auſus eſt accedere Vber. de Bobio, & archi. in c. fi. §. 1. de teſta. lib. 6. † Bar. verò
12 in l. diuus ff. ſi cui plus quam per legem falcid. & Salyc. in l. nulli. C. de epiſc. & cleri. per diſtinctionem concordant opi. Aut eſt executor vel commiſſarius datus à lege vel ſtatuto: qualis eſt epiſcopus vel procuratores ſ. Marci, aliiúe ſimiles: & hic non ſatisdat: quia eius fides per legem approbata eſt: vt l. nulli. & l. cũ clericis. C. de epiſco. & cleri. aut eſt executor datus à iudice. Et talis regulariter debet ſatisdare: vel l. 3. §. debebit ff. de alimen. & ciba. leg. niſi fortè ſit ex inquiſitione datus, vt inſtit. de ſatisda. tut. in princ. vel niſi poßideat immobilia, vel multa mobilia: vt l. ſciendum ff. qui ſatisda. cog. cum ibi no. Aut eſt teſtamentarius, & is ſimiliter in dubio non ſatisdat, quaſi eius fides à teſtatore ſit comprobata: per tex. inſti. in princ. de ſatiſda tuto. & cu. † Fal-
13 lit primò, vbi factus eſt non ſoluendo, & pauper ſiue teſtatore viuente, ſeu mortuo: vt eſt tex. ſingu. cum gl. in l. liberto. §. largius ff. de annu. lega. Fallit ſecundò in executore non mero: quia ſatiſdat de ſoluendo, adueniente die

vel

vel conditionė: vt l. cum quidam. §. ſi ſcriptus ff. de leg. 1. Fallit tertiò, quãtum ad cautionem primam de reddenda pro re caduca vel pro non ſcripta: quia illa eſt præſtanda: vt dicta l. ſi à pluribus ff. de leg. 1. Quod intelligit Barto. nudam promiſsionem vel cum iuramento: non autem cum ſatisdatione: vt l. pecuniæ 2. reſponſo ff. de ali. & cib. leg. Fallit quartò, in cautione de implenda voluntate, vel conſeruando indemnes: quoniam lagatarius eam cum ſatisdatione præſtabit: vt l. ſi tibi ff. de leg. 3. & l. quibus diebus. §. fin. ff. de conditio. & demonſtra. Sed ſi eſt miniſter non nudus, ſaltem ſimpliciter cauebit per. d. l. ſi à pluribus. de leg 1. & l. Firmio, §. 1. ff. quando di. leg. cedat.
Deinde is, qui † executor, vel commiſſarius 14
eſt, debet inuentarium ſeu repertorium conficere, ſicut hæres facere conſueuit: de quo in. l. fi. C. de iure de lib. Et ſimiliter tutor, de quo in. l. fin. C. arbi. tute, & l. tutor. qui repertoriũ. & l. chirographis. ff. de admi. tuto. & ſicut curator datus bonis: vt tenet glo. & Bar. in. l. 1. ff. de cura. bonis dãdo l. 1. in fi. ff. de ventre inpoſ. mit. per Alberi. in l.
de cre-